



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 224

Dispersio discipulorum domini. Cap. VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29805

RERVM MEMO. LIB. II.

qua primum beatum illum asserit, pro eo quod credit
in eum, quem non videt. Secundo dicit, per semetip-
sum non modo posse venire, quia in loco Hierosoly-
morum præceptum patris & obedientiam impletu-
rus. Tertio, promittit ei salutem in hæc verba: Cūm
assumptus fuero, mittam tibi vnum ex discipulis meis
qui te curabit ab infirmitate tua.

DE FACIE DOMINI LINEO

panno impressa. Cap. V.

Dicitur enim, quod pro desiderio prefati regis
implendo aliquatenus dominus faciem suam
lineo panno impressit, & misit ad eum, ut qui
in propria forma videri non poterat, saltem per im-
pressam imaginem videretur. Tunc ergo Tattheus il-
le discipulus qui missus est ad Edissam, prædictam ibi
dominicam deportare meruit imaginem, quæ per lo-
ga ibi tempora pdurauit, donec Constantinopolim
cum cæteris reliquis est asportata.

SEQVITVR DISPERSIO DIS-

cipolorum domini. Cap. VI.

Lapidato itaq; Stephano protomartyre, discipu-
li omnes exceptis duodecim, disperguntur per
vniuersam Iudeam & Samariam, & aliqui eorū
vñq; ad Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam deue-
nerunt. Ibi paucis prædicant Iudeis, non audentes se
credere Iudeis vel gentibus, Saulo tunc temporis va-
stante ecclesiam.

ACTVS PHILIPPI DIACONI.

Caput. VII.